

quam foret, si licita essent. Quarta, quia ea non perfecte significat coniunctionem Christi cum Ecclesia. Et ideo defectu Sacramenti inducunt bigamiam, & debitum, de bigamis. Non ergo sunt Sacramentum. Tandem, quia multae leges editae sunt diuersas statuente penas transeuntibus ad secundas nuptias, in odium illarum: nempe l. foeminae, generaliter. l. si quis prioris, §. in illo. l. hac edita, §. in principio, authentic. ex testamento. C. de secund. nuptijs, & multae aliae. Et quam apud ipsos etiam Ethnicos fides lumine destituta, odiosa fuerit, ac abominabiles, constat ex multis per Tiraquellum adductis. l. boues §. hoc sermo, in principio, num. 143. & multis sequentibus. ff. de verbor. significat. Sunt ergo illicitae.

2. At veritas catholica est, binas, trinas, quarternas, & vltiores nuptias, prioribus dissolutis, licitas esse, ac verum Sacramentum. Prior pars, nimirum, esse licitas, constat ex cap. 7. ad Roman. Quae sub viro est mulier, obligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et 1. Corinth. 7. si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubere. Quem locum expendit D. August. lib. de bono viduuli, cap. 12. animaduertit non dixisse D. Paulum, si dormierit primus vir, aut secundus, aut tertius, sed indefinitum. Et 1. ad Timot. 5. loquens. D. Paulus de viduis voto castitatis minimè astrictis, ait: *Volo iuniores nubere.* Et concilium Nicenum cap. 8. petiit Nouatianis redeuntibus ad Ecclesiam, vt fateantur se communicatos cum his, qui ad secundas nuptias transierunt. Et concilium Florentinum in Armenorum instructione, secundas, & quasvis alias vltiores nuptias approbat. Et cap. 1. & cap. vir, de secund. nuptijs, eas licitas esse supponitur, & tantum illis denegatur benedictio, quando saltem alteri coniugi in priori matrimonio impertita est, ne repetita in vilipendium eat. Et vniuersalis Ecclesiae consuetudo eas approbat. Atque ex sanctis patribus D. August. lib. 2. contra aduersarium legum. cap. 11. Et 1. Corinth. 3. relatus cap. penultimo, & cap. finali. 31. q. 1. Et lib. 1. c. de ciuit. Del. cap. 34. D. Hieronymus in Apologetico contra Iouinianum, & refertur. cap. aperiant. 31. quaest. 1. Et Epistola 11. ad Agerunchiam. cap. 3. D. Chrysof. homilia 20. in epistola ad Ephesios. Et probatur hac ratione, quia cum pri-

mae nuptiae morte penitus dissoluta sint, nullum possunt alijs legitime in eundem impedimentum praestare. Id etiam constat ex primo matrimonio sine, nimirum, sobolis procreatione, fieri enim potest, vt prius matrimonium ea careat. Et ex alio matrimonio sine, qui est ardorem concupiscentiae temperare: feruentior enim esse solet in viduis, ob copulae consuetudinem. Tandem probatur posterior pars, nempe, illas esse Sacramentum. Quod inueniatur in eis omnia ad Sacramentum requisita, sicut in primis, nimirum, persone legitima, quae sunt debita materia remota: Expressiones consensus, quae sunt materia propinqua, & forma. Item, quia matrimonium legitimum in noua lege est Sacramentum, vt desinit Trident. sessio. 24. de matrimon. canone 1. At secundae, & vltiores nuptiae primis dissolutis initae, sunt legitimum matrimonium nouae legis. Ergo erunt Sacramentum.

3. Qualis autem: certitudo mortis prioris coniugis desideretur, vt liceat transire ad alias nuptias, dixit lib. 2. tota disputat. 42. Et an in dubio matrimonio posteriori inito liceat petere, & reddere. Dixi ibi disputat. 41. vsque ad 45.

4. Ad argumentum 1. proposita respondetur. Ad primu, & secundu, dic in omnibus illis testimonijs non damnari secundas nuptias, quod illicitae sint, nec perse reprobari, sed per accidens ob nimiam concupiscentiam, & intemperantiam, ex quibus illarum repetitio proficiscitur: atque ob illam intemperantiam imponitur poenitentia. Ad tertium dic eam irregularitatem in dicitur, non eò quod secundae nuptiae improbeantur, aut à vera Sacramenti ratione deficiant: sed quia non ita perfecte coniunctionem Christi cum Ecclesia representant. Denegatur etiam benedictio ob rationem num. 2. traditam. Ad quartum dic, non esse de essentia Sacramenti, vt perfecte significet vnitatem vnicuiusque sponsi cum vnica sponsa, qualis reperitur in coniunctione Christi cum Ecclesia: sed vt coniunctionem illam significant. At accidens tantum est vnitatis illius significatio. Ad vltimum fateor eas legibus ciuilibus odiosas fuisse: ac omnes se penae in odium secundarum nuptiarum inflatas, sunt iure Canonico correctae, tanquam contra bonos mores, & debitam matrimonij libertatem. Vt latius disput. 87. dicemus.

DISP. OCTOGESIMASECVNDA.

An secundis nuptijs benedictio imperianda sit: & quam poenam incurrat sacerdos benedicens?

SVMMARIVM.

Explicatur antiquitas benedictionum nuptiarum, & eorum conuenientia. num. 1. Benedictiones de a quo conferenda sint: & quam poenam incurrat sacerdos absq; proprio parochi licentia eas impertiens? nu. 2. An suspensio hac incurratur, quando sacerdos non benedicit alieno parochiano, sed dat licentiam benedicendi. Et qualis ignorancia excuset ab illa. Et an per hanc suspensionem Tridentini sublata sit excommunicatio contra regulares solemniter antes matrimonium? num. 3. An sufficiat parochus vtriusvis contrahentibus? num. 4. Quis dicatur proprius parochus, vel ordinarius ad has benedictiones conferendas: & an privilegium huius concedatur aliquo circa hoc: & an licentia debeat esse specialis: & qualis parochus eam concedere valeat? Remissio num. 5. An sit peccatum omittere benedictiones: & an sint danda infidelibus coniugatis ad fidem conuersis? nu. 6. Quale damnum sequatur coniugis differendo benedictiones? Et an filius à patria potestate eximatur etiam quoad odiosa eis receptis? Et an nepos natus, aut conceptus ante susceptas a patre benedictiones, & ita si suspensum emancipato nascatur, sit sub eius potestate? nu. 7. Quale peccatum sit, matrimonium ante benedictiones consummare? nu. 8. Quibus temporibus eas dari interdicitur: & an tempore interdicti, & cessationis à diuinis? num. 9. Quot sint questiones disputanda. num. 10. An astricto iure liceat secundis nuptijs benedictionem impertiri? Referuntur variae sententiae. nu. 11. 12. 13. 14. Proponitur sententia auctoris: & explicatur an mulieri corrupta sint benedictiones danda. num. 15. Explicatur quae sit ratio, cur secundis nuptijs denegetur benedictio. nu. 16. An corruerit Tridentini textus has benedictiones interdicens? nu. 17. An vt valeat consuetudo circa has benedictiones, & caetera sacramentalia, desideretur scientia Pontificis? Referuntur duplex sententia. nu. 18. 19.

Explicatur sententia Auctoris. num. 20. Quid habeat consuetudo circa secundarum nuptiarum benedictionem? Referuntur variae placitae. nu. 21. 22. Proponitur sententia Auctoris. nu. 23. An stante consuetudine benedicendi secundis nuptijs, ea obliget? nu. 24. An quando primae nuptiae sunt irritae, sit secundis benedecendi? Referuntur quaedam sententiae. nu. 25. Proponitur sententia Auctoris. nu. 26. An sacerdos benedicens secundis nuptijs, in casu vtriusq; sit suspensus? nu. 27. An ea suspensio referretur Pontifici? num. 28. An ea suspensio sit, necessaria ferenda, tanquam eius delicti poena ordinaria? Referuntur sententiae affirmans. nu. 29.

Contraria Auctoris sententia. nu. 30.

Premittendum est, benedictiones nuptiales, & ritus in ipsis consuetos conuenientissimè ab Ecclesia adhiberi. Et de his benedictionibus extant testimonia Innocenti. I. epistola 2. c. 6. Sirij. Papae epistola. c. 4. D. Ambrosij epistola 70. ad Vigilium, & lib. 1. de Abraham. c. vltimo. Tertuliani lib. 2. ad vxor. D. Ididori. l. 2. de officijs. c. 19. Concilij Constantinensis cõtra Vvicleph. Et tadem Tridentinum sess. 24. de mat. canone. 1. damnat anathemate eas improbatas. Quae quidem institutae sunt, tum propter sacramenti dignitatem etiam, quod matrimonium ordinè ad act. valde appetitui carnis cõsonos, ac proinde ad eos ritè peragendos maximè decuit benedictiones Ecclesiae pramitti.

Secundo prae mitto, benedictiones has à proprio contrahentium parochio impendendas esse, & à nullo alio, nisi de licentia ordinarij, vel parochi, non obstante quacumq; consuetudine etiam in memorabili, vel privilegio. Quod si alienus parochus, vel quicumq; alius sacerdos, siue secularis, siue regularis, etiam si id sibi ex consuetudine immemorabili, vel privilegio licere contendat, alterius parochiae sponsus sine parochi proprii, vel ordinarij licentia, benedictiones impertiri ausus fuerit, manet ipso iure rãdiu suspensus, quam diu ab ordinario eius parochi à quo benedictio suscipienda erat, ab soluat. Sic dicitur in Tridentino sess. 24. de mat. c. 1.

Vtrum autem suspensio hac incurrat,

tur,

cur, quando parochus ipse non benedicit alieno parochiano, sed dat licentiam benedicens: & qualis ignorantia excuset ab illa: & an per hanc suspensionem à Tridentino impositam, sublata sit excommunicatio lata in clem. 1. de privileg. contra regulares absq; parochi licentia solemnizantes matrimonium? Latè diximus lib. 3. tota disput. 48. & 49.

4 Quibusdam verò placet, non integrum esse viriuis contrahentis parochi, benedictiones has impertiri, sed id esse parochi mulieris. Sic Zauillos in suis practis. q. 604. num. 148. & refert Paulum Fuscum de visitatione, lib. 2. cap. 3. nume. 21. Et Caluacianum 3. p. decisione 12. à. num. 21. dicentes sic decisum esse à congregatione Cardinalium. Sed existimo sufficere parochum viriuis contrahentis. Quia eodem tenore, & in eadem clausula petitur in Tridentino sessio. 24. de matrimonio. cap. 1. vt proprius parochus interfit matrimonio, & vt benedictiones conferat. Sed ad illud sufficit parochus viriuis contrahentis. (vt probauit lib. 3. disput. 19. nu. 4.) Ergo & ad hoc. Et ita docet Canedo collectaneo ad Decretales. 81. n. 8.

5 Quod si quæras, quis dicatur proprius parochus, vel ordinarius: & an privilegium bullæ concedat aliquid circa hoc: & an licentia debeat esse specialis, & expressa: & qualis parochus eam concedere valeat? Dixi latè lib. 3. disput. 19. & sequentibus, vsq; ad 38. in matrimonio. Et eadem est ratio in his benedictionibus.

6 Est autem præceptum recipiendi benedictiones has nuptiales. Vt colligitur ex cap. nostrates 30. quæst. 5. Quod est ex Nicolao Pontifice ad consulta Bulgarorū cap. 3. & cap. 1. 30. quæst. 5. quod est ex Euaristo Papa epistola 1. ad Episcopos Africae, & cap. sponfus 30. quæst. 5. quod est ex Concilio Carthaginensi 4. cap. 13. idq; attestatur Ecclesie consuetudo. Compelluntur enim sponsi in omnibus diocesibus ad eas recipiendas. Quod fieri nequiret, si solus esset consilius. Idq; fauerent omnes Doctores statim allegandi cum Glossa finali. d. c. nostrates. Et quidem esse peccatum mortale, si ex contemptu omittantur, nullus dubitare potest. Est enim expressa definitio Concilij Constantiensis contra Vuicleph. Hunc verò contemptum explicat Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 61. post secundam conclusionem, notabili 1. non tan-

tum quando adest formalis contemptus, sed etiam quando ita se habet quispiam, ac si non esset præceptum. Sed hoc non est verum. Nullam enim contemptus rationem video, vbi quis benedictiones omittet, eò quòd non est præceptum obligans sub mortali ad illas recipiendas: vel existimans eas vtilissimas esse, minimè reciperet, quasi præcepta non essent. Sicut nec esset contemptus, simili modo omittente sacrū. Quare melius dicunt alij hunc contemptum tunc reperiri, quando quispiam perinde eas nihili faceret, ac si essent res vanæ. Ita Sotus 4. d. 28. quæst. 1. art. 2. columna 6. vers. postrema. Graffius 1. part. de cisionum, lib. 2. cap. 82. num. 1. Et ita Nauar. summa Latina cap. 22. num. 83. tunc existimat mortale esse omissionem hanc ex contemptu, quando talis esset omisio cuiuslibet consilij ex contemptu. Et circa sacramentum confirmationis omisium ex contemptu. docent idem Victoria summa, vbi de confirmatione. num. 48. Sotus 4. d. 7. quæst. vnica, art. 8. in fine. Enriquez lib. 3. de Confirmatione cap. 1. num. 6. Suarez 3. p. q. 72. art. 12. disputat. 72. 38. sectio. 1. columna vltima, vbi dicit contemptum esse, quando pro nihilo duceretur id sacramentum, aut effectus eius. Similiter reputo esse contemptum mortalem, quando quispiam benedictiones has omittet, quasi vile, & puerile existimat, se eis subiicere. Vt de Confirmatione loquentes tradunt Enriquez, & Suarez proximè allegati. Non constat autem inter Doctores, an omisio harum benedictionū citra contemptum, vt ex mera negligentia, sit mortalis. Quidam enim eam existimant esse mortalem. Et probatur ex epistola Siricij Pontificis ad Pomerium. cap. 4. vbi cuiusdam sacrilegij instar esse ait, si huiusmodi benedictiones vlla transgressione violentur. Item quia si de illis suscipiendis est præceptum, materia vtiq; grauis est: & ideò per se loquendo earum obligatio aut debet esse sub mortali, aut omnino nulla: neq; est dare medium. Quamuis ex accidenti possit esse venialis, si censetur irritabilis quædam prodigalitas spiritualis. Et ita esse mortalem, censet Vualdensis tomo de Sacramentis. c. 13. nu. 3. Et idem à fortiori censent Auctores, quos retuli. lib. 3. dif. 12. n. 1. & 2. asserentes esse culpam lethalem, consummare matrimonium his benedictionibus nondum receptis, nedum illas profus omittet. Quæuis autè hæc opinio fatig-

proba-

probabilis sit. At probabilis est, solam venialem culpam in hæc omissionem inueniri. Cum enim non sint Sacramentum, sed Sacramentale quoddam, nec tanti momenti, quanti Sacramentalia, que baptismo præmittuntur, non videt cur earum omisio deficiente contemptu censenda sit mortalis. Quod satis innuit Sotus 4. dif. 28. quæst. 1. art. 2. col. 6. vers. postrema, & expressè docent Veracuz 1. part. Speculi, art. 12. cóncl. 2. Marienzo lib. 5. Recopilat. tit. 1. rubrica, Glossa 1. nume. 134. Emmanuel à summa. verb. matrimonium, in principio num. 6. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 61. conclus. 2. Vtrum autem infideles coniugati ad fidem conuersi teneantur benedictiones has suscipere? Dixi lib. 2. disput. 9. num. 2.

7 Patiuntur verò in hoc regno Hispanie non modicum detrimentum filij familiae coniugati, si benedictiones nuptiales non recipiant, aut differant. Nam per contractum matrimonij nondum receptis benedictionibus nuptialibus, non eximuntur à patria potestate, nec cessant in eis illius effectus, & retentio vsusfructus patris in eorum bonis aduentitijs. Vt constat ex l. 47. Tauri, hodie. l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopil. Regiæ, & notant vniuersi scribentes ibi. Quia attento iure communi, per contractum matrimonij non eximebatur filius à patria potestate. Atque ita lex illa in hoc ius commune corrigens, strictè intelligenda est. Cùm ergo ad hanc exemptionem, copulatiuè petat matrimonium, & susceptionem benedictionum Ecclesie, ibi, *Casado, y velado*. Non sufficit solum matrimonium. At illis receptis manet filius omnino sui iuris. Et quamuis quidam eam legem intelligant, vt maneat omnino sui iuris in ijs, quæ ipsi filio fauorabilia sunt, & vtilis est etiam exemptio. Secus in odiosis, vbi talis exemptio esset ei damnosa, & grauis: in his enim manet intra patriam potestatem. Sicut in exemptione ratione dignitatis à patria potestate distinguunt omnes. Quia non est maior ratio de vna, quàm de alia. Et vtraque in filiorum fauorem induta est: at que proinde non debet esse eis damnosa, & grauis. Ita opinantur Suarez lib. 1. legum Fori. tit. 1. r. 19. num. 23. versic. considera vltra. Meres de maioratu, in 1. editione. 4. part. quæst. 1. limitatione 1. num. 5. Barahona additionibus ad Ioannem Lupum statim allegandum. Boschiuss, & Pirrus, quos refert Baeza de non melior. filiab. cap. 16.

num. 35. ipse tamen dubius manet. At multò verius est, in omnibus eximi à patria potestate. Id enim expressè cum hæc generalitate decidit illa lex: quod in exemptione ratione dignitatis non ita decimum reperitur. Et ita docent Ioannes Lupus rubrica de donat. inter virum & vxor. §. 43. num. 2. Castillo. l. 47. Taur. nume. vnico. verb. por emancipado, & ibi Antonius Gomez. num. 3. Gutierrez in repetitione de hæredum qualitate. §. sui. num. 121. Marienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 8. Glossa 3. num. 1. Azebedo eadem. l. 8. num. 50. Gratian. regula 198. num. 2. Et idem innuit Gomez Arias. l. 47. Tauri. num. 77. Quòd si nascatur proles ex filio coniugato ante susceptas Ecclesie benedictiones, nascetur sub aui potestate. Vt bene docent Antonius Gomez ea. l. 47. in fine. Marienzo dicit. Glossa 3. nume. 1. Imò idem crit, si filius concipiatur ante emancipationem patris per matrimonium cum Ecclesie benedictionibus, licet nascatur illis iam susceptis, & sic patre emancipato: is enim filius nascetur sub aui potestate, & sub illa manebit semper, donec recipiat emancipationem, quamuis postea patre recipiat benedictiones Ecclesie, & sic emancipetur. Quia per illas benedictiones cautum est. dicit. l. 47. Tauri filium eximi à patris potestate, non autem nepotem conceptum ex filio nondum emancipato, & sic semel sub aui potestate natum. Sicut natus ex ancilla, & sic semel seruus effectus, talis manebit, libertate postea matris donata. Et constant hæc ex. §. illud autem. An situta quibus modis ius patriæ potestatis soluat, ibi: *Illud autem scire oportet, quòd si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium potestatis emancipaueris, adoptionem deleueris, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur*. Vbi Angelus statim in principio, notabili. & num. 1. inde infert, quamuis fauore libertatis, vt proles libera nascatur, inspicitur tempus conceptionis, seu natiuitatis, sufficitq; alterutro matrem esse liberam, vt proles libera sit: at vt cognoscamus in cuius potestate nascatur filius solum conceptionis tempus spectari.

Quòd si quæras, quale peccatum sit eòsummare matrimonium ante susceptas Ecclesie benedictiones. Dixi latè lib. 3. tota disput. 12.

8 Similiter quibus temporibus interdicitur susceptio harum benedictionum: & quid tunc prohibearur: & an liceat eas suscipere tempore interdicti, & cessationis à diuinis.

Dixi

Dixi hoc lib. 7. tota disputat. 7. & 8.

10 Quatuor autem quaestiones discutendae sunt in praesenti disputatione. Prima, quid iure Ecclesiastico sancitum sit circa secundarum nuptiarum benedictiones? Secunda, quid usu seruetur, & an summi Pontificis approbatio desideretur, ut is vim habeat? Tertia, quid, quando priores nuptiae in quibus benedictio collata est, reperiuntur irritae? Quarta, quam penam incurrat Sacerdos secundis nuptijs benedictionem impertiens?

11 Quaestio prima. An iure Ecclesiastico attentio, liceat secundis nuptijs benedictionem impertiri? Varias in hac reperio opiniones. Prima ait, secundis nuptijs, quae tales sunt ex parte utriusque coniugis, aut ex parte solius feminae, non esse benedictionem impedendam, secus si sint secundae ex parte solius viri: ac proinde licitam esse benedictionem, quando virgo nubit viduo. Ratio huius sententiae ea est, quod ideo interdicitur secundarum nuptiarum benedictio, quia deficiunt a plena Sacramenti significatione, cum in eis non sit vnicam sponsam vnius sponsi, ut contingit in matrimonio Christi cum Ecclesia. At dum secundae nuptiae ex parte solius viri sunt, licet non reperiat plena Sacramenti significatione, non tamen omnino ab ea deficiunt: sed aliquis significatio Sacramenti in eis inuenitur. Quia etsi Christus vnicam Sponsam habeat, sunt tamen in Ecclesia vna plures animae desponsatae: anima nequit esse alterius Sponsa, quam Christi. Hanc sententiam tueretur D. Thom. 4. distinct. 42. quaest. 3. artic. 2. ad 2. D. Bonaventura. ibi, artic. 3. quaest. 2. ad finem. Turrecremata. cap. finali, artic. 1. nu. 2. & 3. 1. quaest. 1. Syluest. verb. nuptiae. quaest. 2. Albericus in suo dictionario, littera N. verb. nuptiae. Viguerius libro Institutionum. cap. 16. §. 7. versic. 13. Petrus de Ledesma de matrimo. quaest. 63. artic. 2. ad finem. Et huius etiam sententiae videtur Nauarr. summa Hispana. cap. 25. num. 137. vbi absolute dixit peccare Sacerdotem, qui secundis nuptijs quando tales sunt ex parte feminae benedictionem impertitur. Et Menochius de arbitrarijs, lib. 2. Centuria 5. casu 417. sine, relata hac sententia, anceps manet, atque de eius veritate deliberandum relinquunt. Et quidem Syluest. verb. nuptiae, quaest. 2. explicat hanc sententiam esse veram attentio iure, & seclusa quacunque eo fueradine. Et quaest. vltima, licet neuter

coniux in priori matrimonio benedictiones suscepit. Et eodem modo illam intelligit Tabiena loco num. 13. allegando. Et verè ratio huius sententiae id probat. Non enim innititur benedictioni semel ab alterutro, aut ab utroque coniuge acceptae, sed bigamiae, & defecit significationis plenae Sacramenti, qui semper inuenitur in secundis nuptijs ex parte utriusque, aut ex parte solius feminae, etiam si nunquam benedictiones receptae sint. Et potest id probari ex cap. viri, de secund. nuptijs, quod interdicens secundarum nuptiarum benedictionem, expresse ponderat bigamiam, id est, defecit significationis Sacramenti, ibi: *Vir autem, vel mulier ad bigamiam transiens, non debet a presbytero benedici.* Et quamuis statim textus subiungat rationem, ne iteretur benedictio: at prior ratio praeslantior videtur.

12 Secunda sententia sustinet iura interdicta secundarum nuptiarum benedictionem, intelligi durantiis primis, quare illis dissolutis morte alterius coniugis, vel ob aliquod impedimentum, licitam esse benedictionem. Ducitur, quia cum benedictio hac Sacramentum minime sit, nil obstat quin iterari possit. Hanc sustinet lex Regia. 2. tit. 12. part. 4. & ibi Gregor. Lopez. verb. non debent.

13 Tertia sententia sustinet, attentio iure nullis secundis nuptijs benedictione conferendam esse, siue sint secundae ex parte utriusque coniugis, siue ex parte alterutrius. Quod cap. viri, de secund. nupt. interdicens hanc benedictionem innititur bigamiae, nec distinguit ex parte, cuius sint secundae nuptiae. Sic Tabiena, verb. impedimentum, impedimento 14. quaest. penultima: & statim, quaest. vltima intelligit eum textum, licet in primis nuptijs neuter benedictionem accepisset. Eandem videntur tenere Manuel. 1. tomo summae 2. editione, cap. 241. sine, & Vega 2. tomo summae, cap. 34. casu 179. sine, vbi absolute aiunt interdicti secundarum nuptiarum benedictionem, quamvis ex parte vnius tantum coniugis secundae sint.

14 Quarta sententia ait, solum interdicti benedictionem, quando sunt secundae nuptiae ex parte mulieris, cui semel benedictio impertita fuit. Quia tota ea benedictio videtur respicere mulierem, quare ab ea semel suscepta non debet iterari. Sic Durandus. 4. distinct. 42. quaest. 3. in fine corporis.

Cere-

15 Ceterum verior sententia habet sic distinguendum esse. Si uterque, vel alter coniux in primis nuptijs benedictionem accepit, non est secundis nuptijs benedictio impedienda, secus autem si neuter coniux in primis nuptijs benedictionem accepit. Probat ex cap. viri, de secund. nuptijs, ibi: *Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens non debet a presbytero benedici. Quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debeat.* Vbi textus non ponderauit, siue nuptiae sint secundae ex parte viri, siue ex parte feminae, siue ex parte utriusque, sed solum benedictionem in prioribus nuptijs acceptam, ne ea iteretur. Et loquitur distinctiue, *Vir, vel mulier.* (Sic enim habetur in decretalibus Gregorianis emendationibus.) Ergo vbi alteruter illam accepit in priori coniugio, prohibetur tantummodo eius iteratio. Nec obstat textum dicere in plurali, *Quia cum alia vice benedicti sint,* & sic videtur petere utriusque in primis nuptijs benedictionem. Cum enim praemisisset, *Vir, vel mulier,* usus est numero plurali, ut vel sic comprehendat utrumque coniugem, quasi dicat, siue vir, siue mulier benedicti sint. Nec obstat etiam textum dicere, *Vir, vel mulier ad bigamiam transiens,* non enim bigamiam innititur, ut ratio statim in textu subiuncta demonstrat. Sed sensus est, *Ad bigamiam transiens,* id est, ad secundas nuptias, ut optime explicat Hostiens. summa tit. de secund. nupt. num. 3. versic. sed contra. in fine, & Henricus dist. cap. viri. nu. 7. & ita quod eo. cap. viri, dicitur, *Ad bigamiam transiens,* explicatur cap. 1. eodem. tit. quando secundum initum est matrimonium. Quod amplius constabit ex vera ratione decisionis huius textus, quam nunc sequenti trademus. Et ideo hanc sententiam sustinet Hostiens. summa tit. de secund. nupt. num. 3. versic. in aliquibus, & dist. cap. viri. nu. 2. verb. benedicti. & ibi Ioannes Andr. num. 2. Antonius num. 6. & 8. Cardin. num. vnic. quaest. vnic. Abbas num. 3. Ancharran. num. 1. & in fine. Praepos. num. 1. super secundam Glossam, & num. 2. Alexander de Neuo. num. 7. & 8. Henricus num. 2. & 7. Rosella. verb. nuptiae. num. 1. & 2. & ibi Supplementum Pisanum in fin. Angelus ibi num. 2. Armillia. verb. matrimonium. num. 71. Bernardus Diaz in sua practica canonica, in 2. editione. cap. 47. num. 1. Nauarr. summa Latina cap. 21. num. 83. Couarr. 4. decret.

2. part. cap. 8. §. 11. num. 2. sine. Perez lib. 5. Ordinament. tit. 1. §. 5. col. 4. Et ex Theologin. Paludan. 4. dist. 42. quaest. 3. art. 1. conclus. 2. num. 6. & ibi Supplementum Gabrielis. quaest. 2. art. 2. conclus. 3. Veracruz 1. part. Speculi, art. 13. paulo post principium. Enriquez lib. 11. de matrimo. cap. 16. nu. 2. Valentia 4. part. disput. 10. quaest. 6. puncto 1. ad finem. versic. deinde etiam. Emanuel Sa summa. verb. benedictio. num. 2. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 4. capite 19. versiculo 5. sine. Graffis 1. part. decisionum, lib. 2. cap. 82. numero 2. Et hoc habet verum, licet mulier sit corrupta. Quia sola secundae nuptiae ponderantur. dist. cap. viri. Sic Alexander de Neuo, ibi. num. 8. & Praepos. num. 2.

16 Sed non constat inter hos Doctores, quae sit ratio huius prohibitionis. Quibusdam placet eam esse rationem, ut contentia foedeat, reliquis secundis nuptijs. Ita Goffredus summa tit. de secund. nupti. num. 2. Sed merito ab ea discedit Hostiensis cap. 1. num. 1. eodem tit. Quod secunda nuptia iure ipso Pontificio non improbetur. Glossa cap. viri iterari, de secund. nupt. ait rationem esse, ne Sacramenta iterentur. Quam omnes improbant. Tum, quia ea benedictio non est Sacramentum. Tum etiam, quia sola Sacramenta imprimentia characterem, nunquam possunt iterari. Aliam rationem retulit ex D. Thoma, & quibusdam alijs num. 11. sed ab ea recessit. num. praecedenti. Alij causam esse asseuerant, quod benedictio semel accepta permaneat, ac coniux, cui impertita est, illam communicet coniugi socio illa carenti. Sicut aqua benedicta addita non benedicta reddit totam per communicationem benedictam. cap. quod in dubijs, de consecrat. Eccl. Et probatur ex dist. c. viri, ibi, *Quia cum alia vice benedicti sint,* vbi ambo benedicti appellatur, cum tamen ibi textus intelligatur, quando alter benedictionem recepit. (ut nunc. praecedenti probauimus.) Sic Anton. eo. cap. viri, in fine, Hostiens. sine, Ioann. Andr. num. 2. Ancharran. num. 2. Idem Hostiens. summa tit. de secundis nuptijs. num. 3. versic. in aliquibus. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. Centuria 5. casu 417. num. 7. Sed iure optimo hanc rationem improbat Abbas eo. cap. viri. num. 3. & Alexander de Neuo ibi num. 4. Syluest. verb. nuptiae. quaest. 2. in fine. Quia licet vir communicet uxori actio-

nes

nes spirituales, iuxta cap. Martinus, de cognat. spirituali, non tamen communicat passionem, vt tradunt ibi Doctores. Item, quia tunc habet id verum, quando res commissa sunt vna numero res, vt contingit in commixtione aquæ. Quod secus euenit in viro & vxore, qui per matrimonij consummationem efficiuntur vna caro, non verè, sed per methaphoram, ac similitudinem. Quare vera ratio est, ne iteretur benedictio in persona semel benedicta, cum in illa benedictio maneat, & neuter coniux absque altero benedici valeat. Dedecere enim videtur, vt sollempne rerum, aut personarum benedictiones, quales sunt consecratio Ecclesiæ, altarium, virginum, nuptiarum, in eadem persona iterentur, ne vili pendantur. Atque ita eadem rationem reddidit textus. Nec dixit in numero plurali, *Quia cum alia vice benedicti sint*, quasi benedictio vnus alteri communicetur. Sed ad comprehendendum, siue vir, siue mulier benedictionem receperint, (vt num. præcedenti explicui.) Et ideo hanc rationem tradunt Abbas, & Alexander de Neuo proxime allegati. Durandus 4. dist. 42. quæst. 3. in fine corporis. Rosella. verb. nuptia. num. 1. Bernard. Diaz, Nauarr. & Valentia. num. præcedenti allegati. Montaluis. l. 2. fin. tit. 1. part. 4. Belarmionius lib. 1. de matrimon. cap. 9. col. 2. versu. ad id quod obijcitur.

17 Nec textus interdicentes secundarum nuptiarum benedictionem, quando in primis alterutri coniugi impertita est, corriguntur per Tridentinum sels. 24. de matrimon. cap. 1. vbi simpliciter constituitur nuptijs esse benedicendum, intelligitur enim de primis, aut si de secundis, in casu non prohibito per ius canonicum. Sic Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria 5. ca. su 417. num. 2. Zauallus in suis quæst. prædicis. quæst. 604. num. 134.

18 Quæstio secunda, quid liceat attentæ consuetudine, circa secundarum nuptiarum benedictionem? Et primò quidem de huius consuetudinis valore differendum est. Deinde, quid de facto consuetudo obtrineat. Aliqui censent desiderari scientiam huius consuetudinis in Pontifice summo, & tacitam permissionem, quæ ex eius taciturnitate, & patientia præsumitur. Dantur, quia licet ea scientia non desideretur, vt in reliquis consuetudo vim habeat derogandi legi: id tamen fallit in Sacramentalibus, qualis est nuptiarum be-

nedictio, in quibus consuetudo legitima Pontifice eius ignaro induci nequit. Quod probatur ex Clement. finali, de etat. & qual. vbi Clemens V. decernens ætatem ordinibus suscipiendis necessariam, sic ait: *Generalem Ecclesiæ obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte præferri. Decernimus.* Vbi est nouum ius, & non declaratio antiqui. Vt notat ibi Glossa. verb. decernimus. Et dicit *In hac parte*, Ergo excepto eo casu non valet consuetudo quantumuis generalis: & in illo valet: quod sic statuerit ibi Pontifex. Ita tradunt Glossa. cap. vir, in fine, de secund. nupt. & ibi Anton. num. 7. Abbas in fine, Præpos. num. 3. & 5. Alexander de Neuo. num. 8. & cap. accedentes. num. 12. de præscript. & cap. super eo. num. 19. de cognat. spirit. Ricard. 4. dist. 42. art. 3. quæst. 2. corpore. Rosella verb. nuptia. num. 2. Syluest. verb. consuetudo, quæst. 7. Lancelorus Instituta inris Canonici, lib. 2. tit. de diuorij, in fine. Et addit Alexand. de Neuo eo cap. super eo. num. 19. hoc esse verum, quamuis ea cõsuetudo sit generalis. Quamuis Imola. dist. Clem. finali. num. 1. notabili. 1. sustineat hanc sententiam, quando consuetudo est particularis alicuius Ecclesiæ, secus si sit generalis.

Alijs verò placet non sufficere Pontificis scientiam cum taciturnitate, sed desiderari illius approbationem ex certa scientia. Sic voluit Hostiens. summa. tit. de secund. nupt. num. 3. versu. in aliquibus, & c. vir. num. 2. eodem tit. vbi Enricus nu. 2. & cap. 1. de Sponsal. in fine.

Sed verius est, nec in Sacramentalibus desiderari scientiam Pontificis, sed posse eo ignorante legitime induci, quæ legem aboleat, atque ab eius transgressionis culpa excuset. Quia textus. c. fin. de consuetud. decedit generaliter consuetudinem rationi consentaneam vim obtinere cuiuscumque legis destruedæ: nec petit scientiam Pontificis: nec maior discriminis ratio inuenitur circa Sacramentalia. Et ita Roehus de Curæ. c. fin. de consuetud. sectione 4. nu. 27. ait se dubitare de prædicta limitatione, & in partem contrariam valde inclinat. Et expressè nostram sententiam tuerunt Palud. 4. dist. 42. q. 3. art. 1. conclus. 3. num. 7. & ibi Supplementum Gabrieli. quæst. 2. art. 2. conclusionem 3. fin. Couarru. 4. decretal. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 19. Gaeta repetitione. cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 150. Ludouic. Lopez. 2. p. in instructorij, vbi de matrimon.

cap.

cap. 46. columna 6. versu. deinde dubitare. Et fauet Tabiena, verb. impedimentum, impedimento 14. fine, vbi ait seruandum esse circa has benedictiones cõserudine, & maxime quando scitur à Pontifice, & non prohibetur. Fauent etiam Angelus. verb. nuptia. nu. 2. Armilla. verb. matrimonium num. 71. Nauar. summa Latina. c. 22. nu. 83. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. nu. 2. & c. 2. nu. 3. in commento, litera G. Emmanuel Sa summa verb. benedictio. n. 2. Manuel. 1. tomo summa 2. editione. c. 241. fine. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu 179. fine, vbi absolute docent seruandum esse consuetudinem circa has benedictiones, non limitantes, si à Pontifice nota sit. Et ad Clementinam finalem, de etat. & qual. Cui innititur opposita sententia. nu. 18. relata, potest responderi, cum Pontifex possit eam consuetudinem abrogare, atque antiquum ius ad suam pristinam vim restituere, voluisse non abrogare, sed vt ea seruetur: & hoc est quod ait, *Voluntas*: quasi dicat, nolimus abrogare, sed volumus seruetur: & quod ait, *in hac parte*, est quasi dicat, non esse cõsuetudinem circa alia, ac proinde circa alia non derogari legi. Vt bene explicat ibi Bonifacius, nu. 10. Quod autem ait, *decernimus*, nil aliud est quam confirmatio consuetudinis, quæ licet vim antea haberet, poterat denuò à Pontifice aboleri.

21 Hoc ergo præmissis, dubitatur quid obtinuerit consuetudo circa secundarum nuptiarum benedictionem? Quia in re quidam dicunt consuetudine quali vbiq; seruari, vt secundis nuptijs, quæ tales sunt ex parte vtriusque coniugis, aut solius mulieris, benedictio minime conferatur: secus si solum sint secundæ ex parte viri. Ita Tabiena verb. impedimentum, impedimento 14. nu. 5. q. penultima, & statim. q. vltima, ad finem, ait hoc ita seruari quamuis in priori matrimonio benedictio suscepta esset à viro illo. Alij hoc idem dicunt consuetudine seruari, non explicant tamen an præcesserit benedictio in primis, nec ne. Sic Glossa. c. vir. in fine, & ibi Enricus. nu. 5. de secund. nupt. Ricard. 4. d. 42. art. 3. q. 2. corpore. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 32. art. vnic. q. 6. Armilla. verb. matrimonium. nu. 71. Petrus de Ledesma de matrimo. q. 63. art. 2. ad finem.

22 Alij verò dicunt praxi receptum esse, ne secundis nuptis benedictio impertatur, si vterque coniux, aut femina sola be-

nedictionem in priori cõiugio receperit: secus si femina sola minime suscepisset. Quam sententiam concordare omnino credo cum præcedenti: sic enim existimo Doctores ibi allegatos intelligere. Nam quãdo priores nuptiæ omnino benedictione destituta fuerant, non erat curandum de consuetudine benediciendi secundis nuptijs. Cum ipsomet ius in eo euentu benedictionem permittat. (vt probauit. nu. 15.) Ita tenet Rosella. verb. nuptia. nu. 4. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 8. §. 11. nu. 2. Salzedo addit. ad præctam Bernardi Diaz. c. 74. super. verb. iterari.

Tandem alij censent, consuetudine seruari, vt semper conferatur benedictio secundis nuptijs, qualitercumque: sint secundæ, vbi alteruter coniux benedictionem minime suscepit, siue sit vir, siue femina: ac proinde attentæ consuetudine hodierna, solum secundarum nuptiarum benedictionem interdici, quando vterque coniux illam suscepit in alio coniugio. Cuius consuetudinis ea est ratio, quod in alio euentu, non censetur propriè ea benedictio iterari, cum per se solum impendatur ratione coniugis nunquam benedicti: & per accidens ratione socij, ne ille benedictione destitutus maneat: & cum illi absque socio, quem matrimonium necessariò desiderat, conferri nequeat, datur etiam socio. Quæ consuetudo approbata est in extranaganti, Concertationi, Ioannis 22. notandum typis excussa, quam refert Perez lib. 5. ordinamenti. tit. 1. l. 5. columna 4. ibi. *Concertationi antiquæ siue imponere cupientes, presentis declaramus editio quæ licet vir, vel mulier ad secundas nuptias in ansens benedicti non debeat, cum alias sit benedictus: contra hunc tamen secum benedicti debeat. Quia si forsitan alter eorum: vel ambo ad secundas nuptias transeunt, in primis benedicti non fuerunt. danda erit benedictio in secundis.* Sic aiunt vbiq; seruari Enriquez lib. 11. de matrim. c. 2. nu. 3. in commento, litera G. & c. 16. nu. 2. Bartholomæus à Ledesma de matrimo. dubio 63. fine. Atq; Veracruz de matrimo. p. Speculi, art. 13. ad finem dicit ita seruari in aliquibus locis, vt in India, & in diocesi Hispanensis. Et Perez proxime allegatus asserit etiam in aliquibus locis ita seruari. Et hoc seruandum esse censet: quod hæc extraneus ius constituit: at in dubio ius seruandum est, dum non constat de contrario præcepto cõsuetudine inducitur.

Ea

24 Ea autem consuetudo ut secundis nuptiis benedictio impeditur, ubi alter solus coniux in primis benedictionem accepit, quavis excuset a transgressione iuris communis. c. vir, de secund. nupt. interdicentis eam benedictionem: at non inducit præceptum, sed possunt tunc benedictiones omitti, iuxta iuris communis præscriptum. Quia non eo rigore inducitur, ut obligationem pariat. Sic Enriquez lib. 11. de matrim. c. 2. nu. 3. in commento, litera G. & c. 16. nu. 2.

25 **Questio. 3.** An quando priores nuptiæ in quibus uterque coniux benedictiones accepit, reperitur irrita, sint in posterioribus repetendæ? Videtur pars affirmas vera. Cum enim priores irrita fuerint, perinde est, ac si benedictiones illis impensa non essent. Tabiena. verb. impedimentum, impedimento 14. q. si sic distinguit, si ex parte solius viri sint secundæ nuptiæ, quia vir qui benedictiones in matrimonio irrito receperat, virginem ducit, sunt iterandæ benedictiones. Secus si sint secundæ ex parte mulieris, quæ in priori coniugio irrito benedictiones accepit. Quod quantum est ex parte ipsius secundò contraxerit, atque ita non feruatur perfecta sacramenti significatio.

26 At dicendum est, non esse repetendas: sicut non iteraretur, quando fuissent priores nuptiæ validæ, in quibus ambos volentes contrahere reperitur benedictiones accepisse: siue sint iidem, qui inter se inuicem contraxerant, & sublato iam impedimento velint restituarè prius illud matrimonium: siue uterque aliud matrimonium irritum iniisset receptis benedictionibus, & nunc inter illos aliud matrimonium celebraretur. (quamvis enim Doctores, quos referam, non ita distinctè hoc explicant, sed generaliter, & indistinctè afferant ob stare benedictionem in primis nuptiis irritis collatam, eius repetitioni in secundis. At ratio, cui innituntur, in vtroque casu idè probat: idem quoque ipsi clarè sentiunt: cum indistinctè loquantur.) Ratio autem est. Quod benedictio non proprie respiciat nuptias, sed personas: nec semel recepta amittatur. Nec obstat, si dicas deficienti principali defecere quoque accessoriè. l. cum principalis. ff. de regul. iuris. At benedictiones sunt accessoriæ matrimonio. Sed dic tunc eam regulam esse veram, quando veritas accessorii pendet ex principali. Quod hic non contingit: nam benedictio non pro-

prie impeditur nuptiis, sed personis. Ut constat ex c. vir, de secund. nupt. ubi interdicitur benedictio secundarum nuptiarum, ubi semel ab altero coniuge recepta est, ne repetatur benedictio. At si nuptiis proprie benedictio impertitur, non diceretur repetita in secundis, quæ profus diuersæ sunt. Cum ergo benedictio proprie respiciat personas, & non nuptias, licet nuptiæ irritæ fuerint, benedictio suum valorem, & effectum sortita est. Nec obstat etiam intentionem prioris benedictionis defecisse. Quia & si intentio nuptiarum deficiat, non tamen intentio benedictionis: Quia eam impertiens, & recipiens, intentionem habuerunt: & benedictio valida fuit. Quare hanc partem defendunt Hostiensis summa. tit. de secund. nupt. nu. 3. vers. sed contra. Enricus. c. vir. nu. 5. eodem. tit. Palud. 4. q. 42. q. 3. art. 1. conclusi. 2. nu. 6. & ibi supplementum Gabrielis. q. 2. art. 2. conclusi. 3. Rosell. verb. nuptiæ. nu. 3. & ibi Sylu. q. 3.

27 **Questio vltima.** Quæ panam incurrat sacerdos benedictionem secundis nuptiis impertiens in casu non permisso? De hac referat Alexander. 3. c. 11. de secund. nupt. sic statuit. *Capellanum, quem benedictionem cum secunda conspexit celebrasse, ab officio, benedictioque suspensum, cum iterarum testimonio, ad sedem apostolicam nullatenus destinare possit. Quæ suspensio non est lata, sed à iudice ferenda.* Quia non habetur in illo textu eum Sacerdotem esse ipso iure suspensum, sed præcipitur Episcopo ut ipsum suspensum remittat ab soluendum ad Pontificem. Quasi dicat, Ipsum suspende, & ubi suspenderit, à solo Pontifice potest absolui. Atque ita docent Antonin. eo. c. 1. nu. 4. Abbas. nu. 5. Alexander de Neuo. num. 5. Præpositus. nu. 1. statim in principio. Enricus sine. Palud. 4. d. 42. q. 3. art. 1. num. 8. conclusio 4. Rosella. verb. nuptiæ. nu. 5. & ibi Angelus sine. Sylu. q. 1. Bernardus Diaz practica canonica, editione noua. c. 74. nu. 2. & ibi Salzedo in additionibus, verb. secundum comunem. Nauar. summa Hispana. c. 25. nu. 137. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 1. nu. 2. Veracruz 1. p. Speculi, art. 13. sine. Iulius Clarus lib. 5. receptorum, in practica criminali. §. finali. q. 75. nu. 2. Perez lib. 5. ordinamenti. tit. 1. l. 5. columna 5. vers. intelligas. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 2. Manuel 1. tomo summa 2. editione. c. 24. sine. Petrus de Ledesma de matrim. q. 63. art. 2. ad finè. Bartholomæus

à Ledesma

à Ledesma de matrim. d. 63. conclusi. 2. Vn de non sunt audiendi Ioannes And. d. c. 1. nu. 1. verb. suspensum, & Durand. 4. d. 42. q. 3. in fine corporis, explicantes eam suspensionem ipso iure incurri.

28 Referuatio quoque talis suspensionis ad sedem apostolicam, iam sublata est, per extraneas concertationes, Ioan. 22. nondum typis exuillam, cuius meminimus. n. 23. Ita doctores Couar. Perez. Verac. Salzedo, verb. ad sedem Apostolicam. Petrus de Ledesma Barthol. à Ledesma. n. præcedenti relati.

29 Sed controuertitur inter Doctores, an ea pœna suspensio in flagenda clerico benedictionem impertiens secundis nuptiis, in casu non permisso, sit pœna ordinaria eius criminis, ita ut iudex ecclesiasticus reneat eam imponere clerico eius criminis reo? Quibusdâ placet eam pœnam imponi benedictioni secundarum nuptiarum iure interdicitur: atque adeo esse pœnam ordinariam eius criminis. Quod textus. c. 1. de secund. nupt. eam pœnam indicens loquitur clarè de clerico secundis nuptiis benediciens: nec verbum in eo textu reperitur indicans sermonem in illo esse de clerico benediciens secundis nuptiis, quando prima non sunt dissoluta (ut voluit contraria sententia patroni.) Ita tenent Palud. Syl. Bartholom. à Ledesma, Petrus à Ledesma. 27. allegati, & videtur tenere Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 1. nu. 2. hanc enim sententiam refert in vltimo loco.

30 Ceterum frequentior, ac verior Doctorum sententia est, eam suspensionem non esse pœnam ordinariam huius delicti, sed iure non esse statutam pœnam sacerdoti benedictionem impertiens secundis nuptiis legitime iuris. nec c. 1. eâ suspensionem indicens, inrelligi in hoc casu: quare pœna arbitraria imponenda esse, attentis circumstantiis, quæ grauius, aut leuius reddunt delictum. Ducitur, quod pœna cõmensurari debeat

grauitati delicti, at non est adeo graue delictum, benedictio secundis matrimonij legitime contracti, ut tãta pœna digni sit, quãta est, suspensio ab officio, & beneficio sedis Apostolicæ referuata. Nõ ergo credendum est. c. 1. de secund. nupt. eã pœnam imponens intelligi in hoc casu. Et ita docet Abb. ibi n. 5. Agidius, & Bonaguida, quos refert, ac sequitur Alex. de Neuo ibi n. 5. & 6. Præpositus. notab. 3. & 4. Rosell. verb. nuptiæ. n. 5. Tabien. verb. imped. imped. 4. q. penul. Bernar. Diaz practica, in noua editio. c. 74. n. 2. & ibi Salzedo in addit. verb. in hoc delin. quæs. Nauar. summa. Hispan. c. 25. nu. 137. Cõrad. in tẽplo omniũ iudicũ, lib. 2. c. 12. n. 21. Menoch. de arbitrijs, lib. 2. ceteris. casu. 417. nu. 8. Perez lib. 5. ordinati. tit. 1. l. 5. col. 5. vers. intelligas. Zauall. in suis practicis. q. 604. n. 135. Manuel 1. tomo sum. 2. editio. c. 24. sine. Graff. 1. p. decisio. lib. 2. c. 82. nu. 2. Vega 2. tomo sum. c. 34. casu. 179. sine. Vnde poterit iudex huiusmodi clericũ suspēdere, sicut potest alia pœna arbitraria punire. Cũ ius non imponat præcisè suspensionem. Sic Nauar. eodem. nu. 137. Quare textum. d. c. 1. imponentem suspensionem, intelligunt ibi Ioan. Andr. n. 1. verb. suspensum. Anton. n. 3. Præpositus. nu. 1. notabil. 3. & 4. Alex. de Neuo. n. 6. Angelus, verb. nuptiæ, in sine. Bernardus Diaz, & Menochius n. 9. proximè allegati. Lex regia. 2. tit. 12. p. 4. & ibi Gregor. Lopez, verb. Entiende se, quando impenditur benedictio secundis nuptiis, nondum dissoluti priori matrimonio, sed initis priori coniuge superflite. Alij autem respondent, esto intelligeretur, de benedictione secundi matrimonij legitime contracti, Pontificem eam pœnam statuisse in factio illo speciali: nec constitutum ibi ius esse, ut ea sit pœna ordinaria huius delicti. Sic Abbas eo. c. 1. nu. 5. Alexander de Neuo ibi, nu. 6. referens Iacobum de Zochis.

DISPVT. OCTOGESIMATERTIA.

Quid, ac quotuplex sit bigamia: & qualiter ex vera bigamia irregularitas oriatur.

SUMMARIUM.

Bigamia irregularitas cur iudicetur sit: & cur dicatur ex defectu sacramenti oriari. nu. 1.

Quotuplex sit species bigamia, nu. 2.

Non incurritur bigamia per multiplicem concubinatum, deficienti matrimonio de iure, vel de facto intro. n. 3.

Nunquam bigamia incurritur absque copula, nu. 4.

KK Reprò-

Reprobatur quaedam sententia contraria, numero. 5.

An desideretur in copula illa seminis effusio intra vas, atq; semen semine. 6.

8 An sit bigamus, dicens eam quae ab alio corrupta est, non tamen recepto semine: vel quae integra manens semen virile recepit, aut extrahendari, sicut dicitur ve cognita est? nu. 7.

An matrimonium ante baptismum initum conservat ad bigamiam irregularitatem, ita ut ea non deleatur per baptismum? Refertur quaedam sententia. nu. 8.

Preponitur sententia Auctoris, nu. 9.

Quid sit bigamia illa contracta sit ratione delicti. nu. 10.

Satisfit argumentis, nu. 11.

Bigamia irregularitas appellatur irregularitas quaedam ex sacramenti defectu orta, seu ex defectu significationis sacramenti. Cui enim ad ordines promoti creentur sacramentorum ministri, decuit promovendos nullum circa sacramenti significationem defectum pati. Bigamus autem defectum in matrimonij sacramento patitur: eo quod matrimonium ideo ratione sacramenti induit, quod significet coniunctionem Christi cum Ecclesia, quae coniunctio est vnus cum vna. Bigamus hoc tollit: bigamus enim cum pluribus matrimoniis init. Quae ratio traditur à Celestino. III. c. debitum, de bigamis. Solet etiã alia ratio tradi. Quod duplici matrimonio copulari, signum nimirum incontinentiã sit, quae valde Ecclesie ministros dedecet.

2 Triplex autem solet communiter species bigamiae assignari à Doctoribus, cum Speculatore, tit. de dispensatio. §. iuxta. n. 6. quamvis Gloss. c. 2. verb. in bigamis, de bigamis, duas solas priores bigamiae species coferat, nempe, verã, & interpretatiuã, & ideo Montaigna tractatu de bigamia. q. 4. n. 2. duas solas has species contēdit esse, & similitudinariam non dici bigamiam, quamvis irregularitatem inducat. Sed communis ferè omnium sententia cū Speculatore tres species assignat. Prima est bigamia vera, quae est, quoties quis duplex legitimum matrimonium init, vtrumq; consummat. Diciturq; hæc vera bigamia: quia in hoc duplici matrimonio verè deficit re-presentationis vnus matrimonij Christi cū vnica Ecclesia. Habetur autē hæc species c. debitum, de bigamis. c. precipimus. d. 34.

quod est ex D. Gregorio in epistolis, epistola. 23. libri. 2. & c. fin. eadē. d. quod est ex Gelasio Papa, & c. fin. d. 51. quod est ex concilio Toletano. 4. c. 18. Secunda est bigamiae interpretatiua: quae est, cū duplex matrimonium initur, & consummat vtrumq;, nō tamē vtriusq; validum est, sed solum alterum, aut neutrum. Vel cū quis ducit non virginem: vel si virginē duxit, eam post adulteriū cognouit. De qua specie est latè disputatio sequenti differendum. Tertia est bigamiae similitudinaria, nempe, cū in sacris constitutus, aut professus matrimonium init, ac consummat, etiam cum vnica, & virgine. De qua specie habendum est sermo disputat. 85. & tandem de dispensatione circa singulas has species differetur disputat. 86. At in presenti de sola bigamia vera discutendum est.

3 Ex his deducitur nunquam bigamiae irregularitatem contrahi absq; matrimonio de iure, vel de facto inito, id est, valido, vel irrito. Quare nullo modo contrahitur ob plurium cuiuscunque status concubinatum, vt expresse de presbytero plures concubinas habenti decernitur cap. penultimo, de bigamis. & docent omnes. Et ratio est, quia cū desit matrimonium cum illis, & affectus ad matrimonium, contrahendo illud irritum, coniunctio illa concubinaria nil habet com coniunctione Christi cum Ecclesia, nec instituta est ad illam significandam, atq; ideo ab eius significatione minimè deficit. Qui defectus ratio est irregularitatis bigamiae.

4 Id autem tanquam fundamentum in quibus bigamiae species statuendū est. Nullam bigamiae speciem contrahi, nec ratione illius irregularitatem, quae cūq; matrimonia inestur, & cū femina cuiusvis status, nisi carnalis cōmixtio in illis matrimonijs intercedat, vt expresse definitur. c. debitum, de bigamis, de cōtrahente duo matrimonia, vel cū vidua. Si enim nō sit in vtroque cōiugio copula, nō est bigamia. Et similiter decernitur ibi, contrahentē cū vidua à priori viro nō cognita, minimè esse irregularē, quamvis cū illa cōsummet: nec similiter, si contrahat cū vidua à priori viro cognita, vel qualitercūq; corrupta, si cū illa copula non habeat. Idēq; decernitur de ducente vidua. c. fin. d. 34. quod est ex Gelasio Papa. Et ratio redditur. d. c. debitum, quod matrimonium copula nō consummatum, minimè sufficiat ad signandū ma-

tri-

trimonium Christi cū Ecclesia per incarnationis mysterium contra dūm: nec vir ille dicitur carnē suā in plures diuisisse: ac proinde de eiusmodi matrimonium qualitercūq; contractū, aptum non est ad tollendā perfectam sacramentalē matrimonij significationē. Idem constat ex c. fin. de bigamis, vbi sermo habetur de subdiacono ineunti matrimonium, atq; ita vt bigamus, & irregularis, ponderatur affectus intentionis cum opere subsequuto: vbi Glossa finalis explicat, cum opere, scilicet, carnali. Atq; ita in singulis bigamiae modis tradit passim Doctores. Et specialiter cū hac generalitate docent. D. Th. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. questiū. 1. ad. 3. & ibi Palud. q. 4. ar. 2. n. 10. & 11. Villadiego tractatu de irregularitate. c. 13. ad fin. Syl. verb. bigamia, statim in principio, & ibi Armill. n. 2. fin. Tabiena. q. 3. sine. Petrus de Soto lection. 18. de matrimonio, pagin. 4. vers. hæc figurat. Couar. clem. si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. nu. 2. vers. primum. Palacios. 4. d. 27. disputat. 4. colum. 5. Toledo libro. 1. summa. c. 26. n. 5. Humada. p. 1. tit. 5. §. 1. super gloss. 34. sine. Vivaldus candelabro sacram. 2. p. vbi de irregularitate bigamiae. n. 21. Petrus de Ledef. de matrim. q. 66. art. 3. conclus. 5.

5 Quamobrem non est audiendus Magister. 4. d. 27. dicens per matrimonium ratū contrahi bigamiam. Quem omnes reprobant per textum expressam. c. debitum, de bigamis. Nec similiter audiendi sunt Rosella, verb. bigamia. n. 2. Montaigna tractatu de irregularitate. q. 4. numer. 1. & 4. quæst. 6. nu. 7. vbi aiunt professum ineuntem matrimonium, nec illud consummantem, effici irregularē. Quia. c. quotquot 27. q. 1. sola voti transgressio cōsideratur, quae in matrimonio non cōsummato etiã reperitur. Quod idem supponit Antonius c. 1. qui clerici vel vouent. n. 8. vbi dicit tūc posse Episcopum dispensare in ea bigamia similitudinaria. Atque idem docent Bartholomæus à Ledefma de matrim. dubio. 73. conclusio. 2. & Vega. 1. tomo summae cap. 38. casu. 4. agentes de irregularitate bigamiae contracta ex delicto, ob duplex matrimonium, quorum saltem alterum est irritum, vel contra solemnē castitatis votum: licet dicant non esse tunc propriè bigamiam. Sed dicendum est prout supra, nullam tūc contrahi irregularitatem. Quia est d. cap. quotquot, non fiat mentio copulae, ac in alijs textibus, num. præcedenti allegatis petitur copula ad biga-

miam contrahendā. Et in clerico voti solemnans transgressore per initum matrimonium, pōderatur copula. c. fin. de bigam (vt probauit. nu. precedenti.) At professus hic instat clericus irregularis est, ob bigamie similitudinē (vt probabo disput. 85.) Quare copula necessaria est vt irregularitatem incurrat sicut in bigamia vera, & interpretatiua. Et ita docent Anto. c. nuper. n. 7. de bigam. & ibi Abb. n. 3. Tabie. verb. bigam. q. 3. fin. Palacios. 4. d. 27. disputat. 4. colum. 6. eadēdem sententiam videntur clarè esse aij Doctores, qui explicantes casum bigamiae similitudinariae, quam ordine sacro, aut professione ligatus, matrimonium iniens incurrat, aiunt si matrimonium inear, & cōsummat. Hi sunt, Ricardus. 4. d. 27. art. 4. quæst. 1. corpore, & ibi Palud. quæst. 4. ar. 2. num. 12. Altensis. 2. p. summa. lib. 6. tit. 7. art. vnico. quæst. uncul. 2. Nauar. summa cap. 27. numer. 195. Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 160. 167. Toledo lib. 1. summa. c. 26. nu. 7. Valentia. 4. p. disputat. 7. quæst. 19. puncto. 3. in prima specie irregularitatis. Emmanuel Sa summa. verb. irregularitas, in irregularitate ex bigamia. n. 4. Philircus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 1. lib. 4. cap. 7. Vivaldus candelabro sacram. 2. p. vbi de irregularitate bigamie, nu. 12. Petrus de Ledefma de matrim. quæst. 66. ar. 3. colum. antepenultima. Ludouicus Lopez. 2. par. instrutorij, vbi de irregularitate. c. 22. in 1. specie irregularitatis. Grassus. 1. p. decisionum, lib. 4. c. 27. nu. 38.

6 Maior autem difficultas est, an requiratur in copula illa seminis vitilis emissio intra vas femineum? Quidam enim id negant, asserentes satis esse ad bigamiae irregularitatem, vasis femineici absq; semine immisso penetrationem. Dacuntur, quod per eam copulam præsumat Ecclesia seminis ammissionem, ac proinde matrimonium perfectè consummatū esse. Atq; ideo vult contrahi irregularitatem hanc per talem copulam, quia deficit à perfecta sacramenti significatione quoad externam. Hoc colligitur ex doctrina Paludani, nu. sequenti alleganda, & docent Tabiena, verb. bigamia. q. 3. sine, & ibi Armilla, num. 2. Palacios. 4. d. 27. disputat. 4. columna. 6. Vivaldus candelabro sacram. 2. p. vbi de irregularitate bigamie. nu. 22. Henriquez lib. 1. de matrim. cap. 15. numer. 3. addens hunc in vtroq; foro esse bigamū. Pro qua sententia fortissimè vrget quod disput.

88.n. r. tradidimus ex comuni sententia, nimirum, ex sponsalibus, quibus deest internus consensus, & proinde in solo foro externo, & quoad Ecclesiam praesumptionem valida sunt, oriiri impedimentum publicae honestatis in vtroque foro. Quia id indubium est ob publicam indecentiam, quae in eo casu reperitur, perinde ac si sponsalia essent valida. Cum iuxta hominum, quos cordis interna latent, sint valida. Quae ratio militat in hoc euentu. Et ita haec pars est valde probabilis. At probabilius existimo non oriiri bigamiam, nec irregularitatem in foro conscientie ex eiusmodi copula, sed in solo foro externo, ob praesumptionem perfectae copulae. Quare licet haec res occulta esset, ac posset ille absque scandalo ad ordines promoueri: ea copula non obtineret: nec dispensatione indigeret, vt potest qui verè bigamus non est. Dicitur, quia, cap. debitum, de bigamis, expressè petitur coniugium commixtione corporum consummatum, sufficiens ad representandam coniunctionem Christi cum Ecclesia per incarnationem, sed solam quando copula consummat, (vt probatur eod. lib. disp. 13. n. r.) non ergo inducit bigamiam deficiente seminis effusione. Preterea, quia hic non diuidit carnem suam in plures, quemadmodum si copula non interuisset. Non enim fit vna caro cum vxore sic cognita: cum matrimonium nimirum consummat, vt habetur. e. lex. 27. q. 2. & cap. 2. de conuers. coniug. Preterea, quia disput. sequenti. n. 12. similiter dicemus, ex vnico matrimonio cum corrupta, quando illud reuera non est matrimonium, sed praesumptum in foro Ecclesiae, non oriiri veram bigamiam. Pariter ergo non orietur, quando matrimonij consummatio est solè praesumpta, & non vera. Hoc etiā magis constabit ex dicendis. n. sequenti. Nec obstat ratio contraria. Quia sponsalia id impedimentum parient, eod quod publicae honestati aduerferet iniuri matrimonium cum cognatione prioris sponse de futuro. Quae inhonestas reperitur quoties in exterioribus sunt vera sponsalia: & solùm ob defectum consensus interni irrita sunt. At bigamia inducit irregularitatem ob defectum significationis matrimonij Christi cum Ecclesia: qui non reperitur, quoties matri-

monium non est omnino copula consummatum. Et ita hanc partem sustinent Borgasius de irregularitate. p. 5. tit. de bigam. nu. 217. & 22. Vega. r. tomo summ. c. 38. casu. 4. Qui bene addit minimè desiderari feminam quoque semen emittere. Quāuis iij, qui probabiliter dicunt non consummari matrimonium femina non seminante (quos retuli lib. 2. disp. 212. nu. 11.) dicerent simili tunc non induci bigamiam.

Hinc deducitur, contrahentem ac consummantem matrimonium cum ea, quae non mēbro naturali viri cum feminis effusione corrupta est, sed aut instrumento aliquo, aut mēbro virili, non in transmissio semine, minimè efficit bigamiam, aut irregularem. Quod verè carnē suā in plures non diuiserit: in priorum enim copula femina illa non effusa fuit vna caro cum viro, deficiente seminis immixtione. Et ita docet Bellem. c. 1. q. 4. n. 9. sine, de bigamis. Quāuis Palud. 4. d. 27. q. 4. ar. 2. n. 10. & Supplem. Gabriel. ibi. q. 3. ar. 1. ver. bigamia interpretatiua, sentiat satis esse eam feminam corruptam esse abfque seminis effusione. Imò Llamas methodo est rationis. 1. p. cap. 12. §. 3. satis esse ait, si vir tentasset illam corrumpere. Quia illa solū materialiter est virgo. Sed hoc nullam rem facit, non enim ad bigamiam confideratur virginitas formalis, sed diuisio carnis in plures. Quippe violenter rupta cum seminis immixtione, est formaliter virgo, & tamen illam ducentem reddat bigamum, (vt probabo disput. sequenti, num. 8.) & similiter voluntariè polluta absque virili congressu, est solū materialiter virgo, & illam ducens non est irregularis. Et contra dicendum est, quāuis femina verè virgo sit quoad corpoream integritatem, si tamen virile semen ex concubitu quacumque arte receperit, id sufficere ad bigamiam. Quia ea copula matrimonium consummat, & efficitur femina vna caro cum eo, cum quo concubuit (vt probauimus lib. 2. disput. 21. numer. 2. Ita Vivaldus candelabro sacramen. 2. par. vbi de irregularitate bigamiae. n. 4. Non tamen erit bigamus, aut irregularis, si prior vxor, aut femina, quam ducit, sit sola copula extra vna cognita, aut sodomitice. Vt bene docet ibi Vivaldus. n. 23. & 25. & constat ex ratione tradita.

Tādē dubitatur, an matrimonium duplex contraheatur ante baptismum, vel vnum ante, & aliud postea: vel vnū cum corrupta ante baptismum, vel cognouisset vxore adulte-

ram,

ram, & tandem omne illud matrimonium quod post baptismum contractum effecerit contraheatur bigamiam, & irregularem, efficitur similiter ante baptismum in eatur. Quia in re magna orta est questio inter. D. Aug. & D. Hieron. Nam hic Epist. 83. ad Oceanum, & refertur. c. 1. d. 26. & in epistola. D. Pauli. ad Timoth. 1. & refertur. c. 28. q. 3. & in Epistola ad Titum. c. 1. sentit eam matrimonium ante baptismum inita non imputari ad hanc irregularitatem contrahendam. Idem sustinent Gloss. ordinaria, & Lyta. 1. ad Timoth. 1. Maior. 4. d. 27. q. 6. dubio vlt. Almain. 4. d. 25. q. 1. Ductus est autē. D. Hieronimus, quod si baptizato non impuret, quasi nouus homo per baptismum effectus sit. Sicut nec stupra, & adulteria ante baptismum patrata ei imputantur. Secundo potest probari ex c. 1. 33. quod est ex canone. 17. Apostolorum, ibi. Si quis post acceptam baptismum, secundum uxorem fuerit copulatus, non potest fieri Episcopus, nisi presbyter, non diaconus. Secus ergo a contrario sensu, quādo ante baptismum. Tertio, quia cum haec irregularitas sit iure potest inducta, non potest auferri infidelis. Et confirmatur, quia priuatio supponit habitum, vt est communis axiomata dialecticū, & ex c. d. infidelibus, de eo sanguin. colligitur ibi Abbas. n. 5. Cum ergo infidelis sit incapax ordinis, erit quoque incapax irregularitatis, quae priuatione habitus ad ordines suscipiendos importat. Tandē, quia cum bigamia non sit impedimentum naturale ad ordines, sed solū iure Ecclesiastico indudum, sicut a finitas ex fornicatione consurgens non est quid naturale, non potuit contrahi ante baptismum. Et sic non obstat post baptismum ordinis susceptioni. Sicut nec haec a finitas contrahitur ante baptismum, nec impedimentum aliquod praestat matrimonio post illum, vt dixi disput. 65. n. 11.

In contrariam tamen sententiam iuit. D. Aug. in Epistola ad Titum, & de bono coniugali. c. 18. & refertur. c. acutus. d. 16. & cap. final. 18. quast. 3. & D. Ambrosius lib. 1. de officijs. c. vltimo, & refertur capitulo. d. 26. quos vnuerſi Theologi demptis paucis, nu. praecedenti allegatis sequuntur cum. D. Thom. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. corpore. Et omnes Doctores iuris Pontificij cap. gaudemus. de diuor. cum Glossa cap. 1. verb. post baptismum. d. 26. & c. 2. verb. dispensare, de bigamis. Etiam est hoc definitum ab Innocentio Epistola. 22. cap. 2. & Epistola. 2. cap. 5. & refertur cap.

deinde d. 16. & c. 6. quis viduam. el. 1. 33. d. 1. ibi. Si quis viduam licet laicus duxerit, vxorem, siue ante baptismum, siue post baptismum, non admittatur ad clerum. Quia eodem modo videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non accepta vxoris contrarium celebratur. Quare iam certum est, omne illud matrimonium, quod propter significationis defectum reddat bigamiam, & irregularem, si post baptismum in eatur, imputare quoque ante baptismum in eatur, non infidelis ille possit post baptismum susceptum promoueri ad ordines. Et ratio est manifesta, quod Ecclesia non inducit impedimentum hoc ad ordines suscipiendos, in alieuius delicti poenam, vt ea per baptismum vnā cum delicto remittatur: Sed quia id matrimonium non est aptum ad significationem coniunctionem Christi cum Ecclesia. Qui defectus neque inuenitur in matrimonio ante baptismum, ac post illud inito. Sicut ante baptismum corrupta, non consecratur post illum, instat virginitas. Et confirmatur, quia si Ecclesia statueret solos eos posse ad ordines ascendere, qui nunquam fuerunt coniugati, nullus diceret posse infideles, qui eo tempore infidelitatis matrimonium iniit, post baptismum susceptum, & mortuum vxore, ad ordines ascendere. Quia verificatur hanc fuisse coniugatum. Deinde, quod quamuis hoc esse impedimentum ad ordines, sit iure Ecclesiastico indudum: at non est id matrimonium aptum ad significationem coniunctionem vnus Christi cum vnica Ecclesia intacta, vt potest quod ea qualitate, in qua assimilari debebat, omnino caret, est quid naturale: atque ita tempore infidelitatis adest, licet non quatenus est impedimentum ordinis suscipiendi. Post baptismum ergo obstat ordinibus suscipiendis. Quia tunc lex Ecclesiastica obligat, quae interdicat eum ad ordines promoueri, qui matrimonio in eatur ad eam significationem, est quandoque iunctus. Sicut consanguinitas in secundo, & vltioribus gradibus, est quid naturale in se, at in quantum obstat matrimonio, est merè quid Ecclesiasticum. Vnde ante baptismum non erit impedimentum, ac post baptismum erit vtrique, quia illud naturale manet: & iam lex Ecclesiastica id impedimentum inducens obligat. Vt dixi disput. 65. n. 1. & 2.

Temperat autem hoc Henriq. lib. 14. de irregularit. c. 17. num. 1. vt intelligatur de

KK 3

biga-

bigamia que ob significationis defectum conitatur illa enim que ratione delicti, ad in eius penam, tollitur per baptismum, sicut & delictum ipsum. Sed nullam inuenio bigamiam, que ob merito delicto contrahatur in qua possit hoc verificari. Nam similitudinariam, que incurritur ob matrimonium inintu aduersus votum solemnem ordinis sacri, aut professionis, fateor esse ex merito delicto. At huic non posse locum esse tempore infidelitatis constat. Interpretatam vero contrariam ob duplex matrimonium irritum, aut saltem alterum irritum, communis sententia habet non esse ex merito delicto (vt videbitur de disputat. sequenti, num. 6. At retenta opinione probabilis, quam ibi feremus) que docet eam esse ex delicto, est quoque probabile eam non incurri per illud du-

plex matrimonium ante infidelitatem contrahatum. *Ad argumenta. n. 8. proposita respondeatur. Ad primum constat ex dictis, nisi que enim peccata sunt, a illorum pena remittuntur per baptismum non autem in delicto defectu significationis. Ad secundum dicuntur Gloss. ibi verb. post acceptum, intelligi, maxime si post baptismum. Vel argumentum a contrario sensu vim non habere, quando contrarium est iure decessum (vt ex multis testatur. Euerardus loco a contrario sensu. Quod contingit in hoc casu. Ad tertium cum sua confirmatione, & ad ultimum. Constat ex dictis, num. 9. Nam ante baptismum nec contrahitur irregularitas, nec bigamia quatenus est impedimentum Ecclesiasticum ad ordines, sed quatenus est quid naturale.*

DISPUT. OCTOGESIMA QVARTA.

Qualiter contrahatur irregularitas ex bigamia interpretatiua?

SVMMARIVM.

Quare dicatur bigamia interpretatiua? *nu. 1.*
 Quotupliciter contrahitur, *nu. 2.*
 An contrahens duo matrimonia irrita, vel quoram alterum solum est irritum, sit bigamus, & irregularis? *nu. 3.*
 An sit irregularis, qui prima legitima superstiti, & nondum vxore cognita, ad alias nuptias transiit, illisq; consummat, si postea coactus ab Ecclesia ad priorem vxorem redeat, ac illam cognoscat? *na. 4.*
 Quid, si quispiam prioris matrimonij nullitate cognita, aliam inerat? *nu. 5.*
 Quid, si quispiam priori matrimonio dissoluto, ad aliud irritum delictu impedimentum a se ignorari transiit? & an hac irregularitas duplici ex matrimonio irrita, aut altero irrita nascens sit irregularitas ex delicto? *na. 6.*
 An sit bigamus, & irregularis, vnicum iniens matrimonium cum vidua, vel corrupta? & an desideretur corruptio cum seminis inmissione? *nu. 7.*
 Quid, si contrahens putaret vxorem esse virginem, vel esse viri corrupta: vel de contra putaret corruptam, cum esset virgo? *num. 8.*
 Traditur vero ratio, cur corruptus ducens

virginem non sit irregularis: Secus si corruptio sit ex parte feminae? & improbatu sententia sustinens hic non oriri bigamiam, *nu. 9.*
 An hec irregularitas contrahatur ex matrimonio vnicu cum vidua, vel corrupta, irritum tamen ob aliquid impedimentum? Refertur sententia affirmans, *na. 10.*
 Contraria auctoritas, *nu. 11.*
 Quid, si in foro ex verno presumatur illud matrimonium valere? *nu. 12.*
 An ducens faminam a se sola desforatam, sit bigamus, & irregularis? Refertur quadam sententia, *nu. 13.*
 Proponitur auctoritas sententia, *na. 14.*
 Quid, si ducens virginem cognoscat illam post adulterium, etiam occultum, siue scilicet, siue ignoanter, quamvis vi cognita sit? *nu. 15.*
 Quid, si coactus ab Ecclesia reddat debitum adultera? Refertur quadam sententia, *num. 16.*
 Proponitur sententia auctoritas, *na. 17.*
 Satisfit argumentis, *nu. 18.*
Bigamia interpretatiua ob id dicitur, quod a vera bigamia partim deficit, partim vero illi assimilatur. Deficit a vera, quod ea contrahatur carnis vera diuisione facta

per duo consummata, ac legitima matrimonia. At in interpretatiua non videtur caro in plures, sed ex quadam iuris interpretatione: aut propter affectum contrahentis, qui duo contraxit, ac consummatu coniugia, quamvis non valide vtrumq; aut saltem alterum: ac proinde ex parte sua voluntatis, & affectus carnem suam in plures diuisit: aut propterea quod cum per matrimonium consummatu efficiatur, vna caro cum vxore, ducens viduam a priori viro cognitam, vel quamcumq; corruptam, atq; cum ea consummans, vel ducens virginem, & post adulterium illa cognoscens, censetur ex iuris interpretatione carnem suam in plures diuisisse: sicut vxor cum qua efficitur vna caro, in plures diuisit, nempe, in ipsum virum cognoscentem, & in eum, a quo aliam cognita fuit. Quare deficit id matrimonium a significatione matrimonij Christi cum Ecclesia: quod est vnicum cum vna intada.

Hinc deducitur, quatuor modis posse bigamiam hanc interpretatiua incurri. Primus est, quando quispiam duo inuit, & consummat matrimonia, alteru de iure, id est, validum, alteru de facto, id est, irritum, siue priori coniuge viuente, siue defuncta. Secundus est, quando duo inuit matrimonia de facto, id est, ambo irrita, quando ducit viduam a priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummat matrimonium. Vltimus, quando virginem a se ductam, atque postmodum adulterij ream, carnaliter cognoscit. De quibus modis est seorsum agendum in hac disputatione.

Primus ergo modus, & secundus sunt, quando quis duo inuit matrimonia irrita, vel saltem alterum irritum, & alterum validu. Neuter modus inuenitur in iure expressus, sed vtrumq; colligunt Doctores ex ratione tradita. c. nuper, in fine, de bigamia. vbi sermo habetur de clerico, qui ante sacrum ordinem matrimoniu contraxit, atq; in eo ia constitutus aliu inije, atque deciditur eum tanquam bigamum reputandum, non propter sacramenti defectu, cum saltem posterius matrimonium irritu sit, sed ob intentionis affectum ad duo matrimonia, cum opere carnali subsecuto, licet obstante ordine sacro posterius sit irritum. Cum ergo similis affectus cum opere subsequuto reperitur in his duobus bi-

gamie modis, idem in vtroq; dicendu est: atq; ita sic contrahens erit ex iuris interpretatione bigamus, & irregularis. Atque ideò priorem modu, nempe, quando vtriuque matrimonium est irritum, docet ex Theol. Ricar. 4. d. 27. ar. 4. q. 3. ad 1. & ibi Palud. q. 4. ar. 2. n. 10. Supplem. Gabriel. q. 3. ar. 1. ad fin. Sorus. q. 3. ar. 1. colum. 4. D. Anton. 3. p. tit. 28. c. 3. Petrus de Soto l. 1. de matrim. pagina. 4. vers. hac igitur. Ledesma. 2. p. 4. q. 26. artic. 2. vbi de irregularitate, column. 3. Palacios. 4. d. 27. disput. 4. column. 2. Angles Floribus. p. 1. vbi de matrim. q. 1. artic. vltimo, in principio, conclus. 3. F. de celo lib. 1. summ. c. 26. num. 4. Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 24. columna penultima, in. 2. specie. Valentia. 4. par. disputat. 7. quaest. 19. pun. 80. 3. in. 1. specie irregularitatis. Emmanuel Sa in summa, verb. irregularitatis, vbi de irregularitate bigamie. nu. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. ar. 3. colum. ante penultima. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. nec. 138. n. 1. paulo ante primam conclusionem. Ludouic. Lopez. 2. p. in stratorij, vbi de irregularitate. c. 22. in. 1. specie irregularitatis. Bartholomaeus a Ledesma de matrim. dubio. 73. colum. 2. Vega. 1. tomo summa. c. 38. casu. 2. Llamas metho de curationis. 1. p. c. 12. §. 3. & ex Iurisperitis. Innoc. c. e. nuper, de bigam. in fin. & ibi Host. n. 4. & hic idem in summa, eod. tit. nu. 3. casu. 4. Goffredus summa, eod. tit. nu. 1. Astensis. 2. p. summa, lib. 6. tit. 7. art. vnic. quaest. incul. 2. Angelus, verb. bigamia. n. 7. Supplem. cum Pisang ibi. n. 1. Syl. statim in principio. Tabiena. q. 1. Armilla. num. 12. Montaigna de bigamia. q. 4. n. 2. & quaest. 6. nu. 2. Lex regia. 35. tit. 5. p. 1. Auferius in decisione Capellae. Tholosanae. 235. n. 5. Nau. summa. c. 17. n. 195. Turrec. cap. vnicus vxoris. n. 7. d. 26. Maiolus lib. 1. de irregularitate. cap. 33. n. 3. Humada. p. 1. tit. 5. l. 5. super glossa. 33. numer. 2. Vnde non est fides habenda Henriquez lib. 12. de matrim. c. 6. nu. 9. vbi hanc esse bigamie speciem negat. Quod nec sacramento vero defuerit significatio: cum nullum veru matrimonium interfuert: nec in iure casus sit expressus. Sed dic satis esse ad huiusmodi bigamiam, vt affectu duo inuita sint de facto matrimonia: & quantum est ex parte contrahentis significatio sacramenti deficit. Cum irregularitas in hoc euentu non incurrat ob sacramenti veri defectum, sed propter affectum